

De sancto

est vox ad eū dicens. Veni et ostendam tibi opera hominum et eduxit eū in quendam locū offitū dicitur ethiopi incidentē ligna et facientem sarcinā grandē quaz portare nō poterat. Deinde itez ligna icidebat ad sarcinā addebat. Et hoc faciebat diuinius. Quod dicitur boiem rursū haurientē aquā de lacu et effundentem aquā in cisternā pertusā que aquā refundebat in lacū et ipsam cisternā impleverat. Et ostendit ei templū et duos viros in equis portantes lignum trāsuertū. Volentes autē introire in templū nō poterant eo quod lignum in trāsuertio portarent et exposuit ei dicit. Hi sunt qui portant quasi iugū iusticie cum superbia et non humiliant. propter quod remanent foris a regno. Qui ligno incidit. homo est in peccatis et pro eo vix agat penitentiam non subtrahit de peccatis sed addit iniquitates iniquitatibus. Qui autē aquā haurit homo est bona opera faciens. sed quod cum eis sunt mixta mala. perdidit opera sua. Despere sabbati veniente die dñico relinquit opera sua post solē et extendebat manus suas ad celum et nec mane in die dñico sol ascendens faciem eius illustrabat et sic residebat. Hec in vita patet. De sancto Agathō abbate.

Agathō abbas

Per triennium lapidem in os suum mittebat donec taciturnitatem disceret. Alius quoque frater cum intrasset congregationem dixit inter se. Tu et asinus vni esto. Sicut ergo asinus vapulat et non loquitur. In iuriā patitur et non irascitur sic et tu. Alius autē frater a mensa expulsus nihil respondit. Postmodum interrogatus ait. Posui in corde meo quod equalis sum cani qui cum secatur foras egreditur. Interrogatus agathō quod vitius plus habet laboris. respondit. Puto non esse tale laborē quale orare deū. Nam in iumentis laborat eius ordoz intercipere. Nam in ceteris laboribus homo aliquā requiē possidet. Orator autē opus habet magni certaminis. Interrogatus agathō a quodā fratre quō cum sub? habitare deberet ait. Si

Agathon

cuti prola dicit nō assumas fiduciā. nō est enim peior passio quam fiducia. Genitrix est enim omnium passionū. Dixit itez Iracundus si mortuos suscitaret nō placeret alicui. vel dō propter iracundiā suā. Et quidā iracundus intra se ait. si solus habitare ad irā non ita cito moueret. Quadam vice dū virecoluz aqua impleret et versus est. Impleuit secundo et versus est. Tercio impleuit et versus est. Qui furore commotus vasculum fregit. In se autē reuersus cognouit quod ab eo dē dōmine iracundie sit illusio. Et dixit. ecce solus sum et tamē ira me vicit. Reuertar ego in congregationē. quod vbiqz labor et vbiqz patientia et adiutorio dei opus est. Contra erant duo fratres qui multis annis iniucē conuersantes nunquam ad iracundiā poterant puocari. Quadam vice dixit vnus alteri. Faciamus et nos litem. sicut homines de mundo litem faciunt. Et ille. Nescio qualiter fiat litem. Et ille. Pone in medio laterculum et dico meū est. tu autē dicit. Non. sed meum est. et inde fiet litem inuituz. Postea est ergo testa in medio. dixit vnus meuz est. Et alter dixit non. sed meum. Sed ille inquit. Cuius tui est tolle ergo et vade. Et discesserunt nec inter se contendere potuerunt. Erat autē agathon abbas sapiens ad intelligendum. impiger ad laborandum. parcus in cibo et vestimento. Dixit autē. Vobis voluntatem meam nunquam dormiui retinens in corde. aduersus quēque dolorem. nec dormiui si dormire aliquem habentes aduersus me aliquis. Dormiturus quoque agathon tribus diebus mansit immobilis apertis tenens oculos. qui cum pulsaret a fratribus respondit. In prospectu dñi iudicij assisto. Dicunt ei. Et tu times. Et ille in custodiendis mandatis dei virtute qua potius laborauit. Sed homo sum et nescio vix placuerit opera mea dño. Dicunt ei. Et non confidit de operibus tuis. quod secundum deum sunt. Et ille. Nō plumo donec venerit ad illuz. Alter enim sunt iudicia dei. aliter hominum. Cuius autē adhuc interrogare vellet ait ostendite caritatem et nolite mecum loqui quod